KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

Zdigitalizowano w ramach projektu
„OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

Ochrona i Konserwacja Cieszyńskiego Dziedzictwa Piśmienniczego

2007-2010

Wsparcie udzielone przez Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię poprzez dofinansowanie ze środków Mechanizmu Finansowego Europejskiego Obszaru Gospodarczego

eea grants
iceland liechtenstein norway

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury i Dziedzictwa Narodowego

DDE 13.11

Prologus

in Classium praelectionem

Conspectus vester auditores Spectatissimi! eo majore animos nostros voluptate perfundere debet, quo magis nobis cognitum, perspectumque est, Vos eo potissimum consilio huc loci convenisse, ut hancce diem, plenum quippe festivitatis ac lætitiæ, quæ ex profectus conscientia in litterarum studiis facti proficiscitur, præsentia vestra condecoraretis, nobisque de tot, ac tantis per hunc annum exantlatis laboribus cursus litterarii metam feliciter assecutis, pro Vestra benevolentia, et singulari in nos amore gratulemini.

Utinam virium nostrarum contentiones, atque in artibus liberalibus hucusque facti progressus, optatis vestris etiam atque etiam respondeant, spemque vestram de nobis conceptam, non solum sustinere, et tueri, sed longe vincere ac superare valeant.

Verum, quis non intelligat, ancipites esse annorum casus, atque hanc esse sortem eorum omnium qui dimicant, ut non æquam semper et faventem fortunam experiantur? Quis ignoram non intelligat, quam vario, quam parum certo eventu quotidie confligatur? neque vel accusandam continuo ducis imprudentiam, aut increpandam militum socordiam videri, si minus feliciter ac volucius certatum sit? aut quis ignoret, quam arduam, periculique plenam rem, et opus exitu incertum susceperint ii qui in regiones remotas, easque invias iter longum ac difficile destinaverint!

Quotus quisque enim vero viarum rectarum cognitione destitutus in avia cursu defertur! quorum insinuantia sese curvamina insecutus, dum errore cognito in viam rectam evasurus sit densa sæpe nemora, et dumeta perrumpenda habet.

Quotus quisque in loca lutulenta et palustria delabitur quæ dum ambeundo declinari non possint, nisi forte ex Scylla in charybde sis prolapsurus, vado ea transeat, necesse est. Alio venitur ad Salebras et rupes arduas, quæ nonnisi gravi labore ac sudore superari queunt.

In his regionibus hiatus, et foveæ reperiuntur frequentissime quæ magna cautione, et non sine vitæ periculo evitantur.

In illis sunt viæ minus tutæ, quas si tamen ingrediens, vix sceleratas manus latronum effugere licet.

Quid mirum itaque, si alii moleſtiarum onere succumbere pertimeſcen=tes, omnem itineris ultro proſequendi animum abjiciant?
Alii gravi lapſu, in rupibus, cum conciderint, vulnere inſanabili affecti domos redire coguntur. Paucis ad metam optatam, multis laboribus ac periculis feliciter perfunctis pervenire contigit.
Jam vero, an non his viarum et itinerum aſperitatibus, atque iniquitatibus aequales cenſendi sunt ii, qui in curſu litterario perferuntur labores? an non difficultates pares, ad ſedes Mu=ſarum meantes indies experiri coguntur?
Altis enim in Montibus ſtatuerunt ſedes Muſae, in arduis rupibus caſtra ſua locarunt, quarum juga, qui aſcendere con=cupiſcunt, illos neceſſe eſt, vias anguſtas, easque hominum veſti=giis non multum tritas ingredi. Quodsi tamen iter emenſis ad radices montium pervenire contigit, quam difficilis aſcenſus quam arduus aditus! nova impedimenta, in quibus removendis non parum reſudandum eſt! – Sic antiqui fabulam conſciati; et quamquam veritatem moralem sub aliqua imagini ſenſibus homi=nis percipiendam exhibituri, hanc etiam nobis de Muſarum ſede allegoriam confectam reliquerunt; imo laborem et ſudorem et vigilias in earum veſtigio excubare voluerunt, quo nempe indi=carent, laboribus ſolum indefeſſis hoc bona eſſe venalia.
Hoc iter litterarium: ut porro inſiſtam allegoriae, nos alumni artium liberalium periclitati ſumus. Quousque autem in hoc curſu ventum ſit, qui noſtrum aut retro manſerint aut plane redierint, quique tandem feliciter eo evaſerint, haec ut ſperamus noſtri in hoc itinere duces fideliſſimi, ipſi hodie palam teſtari non dubitabunt.

Prologus
in claſſium praelectionem

Quod in veterum ludis longum et grave certamen expertis con=tingere ſolebat, ut aut edito eximio aliquo virtutis aut induſtriae ſpecimine victores pronuntiati, premium acciperent, aut si oleum et

et operam frustra consumsissent, tristem et ignominiosam missionem consequerentur: id post peracto difficili, et operoso unius anni curriculo de hoc laudis juvenilis podio hodie opperimur Praesides amplissimi magistri honoratissimi caeterique auditores ornatissimi. Nam quos in hoc eruditionis studio exantlavimus labores, quot et quam periculosas discriminis aleas, subimus, antequam hanc praemiorum quietis diem, dulcem votorum nostrorum metam illuxisse nobis gauderemus. Varia esse ac multa in hoc Litterarum studio exercitia atque certamina, cum ipsum, non abs re inditum nomen Gymnasii affatim loquitur, tum inde ac prima institutione ludorum, quorum muneratricem Mariam Theresiam nobilissimam studiorum matrem hodiedum veneramur, longe satis usu unicuique patere necesse est; verum eadem haec exercititia et certamina nostra non uno profecto digna Hercule, digna, quae suos ferrant rudiarios suaque palma glorientur; is fortasse noverit solummodo, qui aut ipse laborioso, hujus palestrae opere defunctus est, aut defungentibus aliis attentus atque assiduus spectator existit. Agite enim vero, quid est Gymnasium aliud quam nobilissima quaedam palestra in qua juventus scholastica variis ac variis exercitationibus, et gravissimis nonunquam laboribus distineri videatur? Quid aliud quam circus quidam aut ludus ut passim vocatur litterarius seu amphiteatrum amplissimum, in cujus area Musarum alumni jam catervatim jam paribus junctis frequentissimi ineant certamina? Vix enim difficilis cursus ingressi sunt studiorum, et grammaticae limina salutarunt adolescentes teneruli, cum undique ingenti vocum vi cernas obrui, quas licet adhuc infirmas viribus cogere, et varias flectere informas, assuescant; jam stylum in manus sumere intendere regere, vertere, mira arte ventilare, jam ad majora quoque accingi.

Hic qui rerum naturae cognitione operam intenderunt, cum cuncta animalia tum immanissimas belluas intimidi in ordinem et

classes agunt, numerant, examinant; ipsumque aeris et Oceani gregem illum alis, hunc pinnis perniciissimum ad periculum constituunt; aut celsas perreptant arbores, usque montes, et valles, sparsa legunt gramina, aut denique copiosa rerum metalla, intima viscera terrae conscendunt, adscultantur. Illis antiquitatem et historiarum volumina versantes, oratores audiunt, heroas mirantur eosque media inter horrentia pilis agmina comitantes crudelissimis nonnunquam praeliis sine pallore interfuerunt.

Atquid est aliud Geographiae studium, nisi quaedam molestissima non in nostras tantum, sed in remotissimas maris terrarumque oras peregrinatio in qua desertas inhospitas offendas regiones, stupeas horribilem Oceani multum strepentis faciem, conspicias barbaras gentes, obviam habeas deterrimas belluarum species, periculosissima Scyllarum Charybdiumque monstra, asperrima denique altissimorum montium juga quae ne ipse quidem Hannibal superavit?

Jamque Rhetorem Poetamque obsident difficultates; alter detrudendas habet gravissimas Syllogismorum et soritum testudines, sustinendas viriliter Enthimematum catapultas, irruentesque frangendos dilematum arietes; necesse est alterum silvas et cautes movere loco, dimissimoque evolvere lapides et monstrosa ac inusitata rerum tractare portenta, Pythonas, Gorgonas, Hydras, Furias et Chimaeras, quorum variae insolentesque formae terrorem incutiant, et appellatio sola semel impavidas mentes percellat. His tandem exercitata periculis et veluti oleo tincta juventus in arenam descendit inchoatque ludos, quorum non ullum semester, aut mensis, sed ullus quidem dies vacuus exivit, concurritur.

Pars levia loquelae spicula fundit, alternaque excipit et retorquebat sermonum acumina; pars tenuem stili epistolaris aciem argumentorum gravi pondere decertant, ut qui gravissimos verborum, et sententiarum emisisset, ictus ante caeteros victor pronunciatur; alii sacrum opus in velocissimum idearum cursum, vel pegaseum potius volatum effunduntur, instarque fulminis, spatiosas mente peragrant auras et sydera feriunt vertice. Hic diversis induti ornamentis, singuli

cum singulis digladiantur, et quid valeant brachia, audacter pertentant. Venia fervent certamina, et ne quid ex omni parte ludis deesse videatur, adsunt ludorum ordinatores, premiorumque pollicitatores, magistri, qui aciem ingeniorum explorant, certamina statuunt, paria componunt, stimulant, hortantur, labantesque animos erigunt. Adsunt nonnunquam Summi Magistratus amplissimi Directores velut equissimi ludorum Examinatores, et arbitri, quorum praesentia luctantium viribus incredibilem solet addere vigorem. Adsunt ceteri pugnae honorisque aemuli, condiscipuli, qui singularia speculati certamina, ardenti concurrendi aemulatione incenduntur. Adest quodammodo cognatorum et amicorum coetus, ipsaque civitas, ludorum spectatrix et observatrix invisibilis et peracuta. Non desunt factiones concurrentium, qui spectatores in varia scindant studia. Quisque suo cupit optime. Videas parentes e longinquo certantibus ostendere quae Victoribus contingant munera, augere conatum, industriam acuere. Ardent animi, accenduntur exspectationes, speratur, timetur: et postquam certatum ad satietatem, distribuuntur praemia. Atque hoc est profecto, cujus ergo cum isthic Praesidum, Magistrorum caeterorumque spectatorum Ornatissimorum consessus, tum frequentissimus gymnasticae juventutis conventus hic loci hodierno die celebratur; Deludimus nempe, et sua certantes praemia opperimur.

Adeste igitur vos mediani, et pugiles nobilissimi! adeste adolescentes ingenui, qui eximia industriae specimina ante alios exhibuistis! audite vocem praeconis Honoratissimi, et quae in hoc annuo curriculo vobis laborare parastis, certaminis vestri praemia, favente hac nobilissima concione laeti capiatis!

Dum multa rectores magistrique Gymnasii nostri ad ornanda litterarum studia, eaque indies augenda praeclare atque sapienter instituerunt; tum illud meo quidem judicio multo omnium praeclarissime atque sapientissime, quod hujusce solemnis de more celebritatis initium ab oratione latina duci voluerunt. Nam si tantam quotidie experimur vim esse elegantis latini sermonis, ut aures nostras suavitate sua magis ac quaevis lingua alia demulceat, ideoque animos nostros prociviores reddat, ut eo quo oratio poscat, deducamur, qualem tandem

apud honestos optimorum condiscipulorum animos nim ejus latinæ Orationis existere oportet, quæ ex hoc amplissimo loco, tanta de tam celebri sapientissimorum Virorum præsentia degnacunque doctrina aut virtute paulo accuratius diligentiusque habeatur!
Non a vero defecisse sed temporum circumstantiis se accommodasse videntur precessores nostri cum patrium sermonem in præsentem usum proferendum esse censebant ad conciendos, qui huic festivitati copiose interessent studiosos aut plane ignaros.
At, si hocce temporis, ubi nuptis veluti vinculis in hominum eruditorum societates, in artes, scientiasque universas denuo sese diffudit hæc lingua, ubi majorem in dies nanciscitur numerum qui eam omni adhibito conatu colant, foveant, et ubique locorum profiteantur, hanc si hocce temporis ex hoc loco repudiaremus, contra debitam latio venerationem, temporisque genium peccare, est necesse. Num ea linguæ hujus indoles non est, ut quantacunque mente volutes verbis exprimere non queas? Num itaque festiva die nobilissimoque conventu aliena! immo quæ ipsa sui natura ad id prosit accuratius, feliciusque in tanta linguarum diversitate inveniamus. Præterquam enim quod et volubilis et copiosa justissime membra idearum nostrarum convestit, adeo ut adhibita opera nil compressum, nil laxum, nil tamen deforme in iis deprehendatur, et cuncta forma sua naturali jam placeant, fertilissima quoque brevitate, quocunque sono suavissimo etiam hujus linguæ penitus inscios delectat, adeo, ut sermonem nostrum patrium post se relinquat.
Quid si ornamenta cultumque pro renata aut lucubrem aut festivum aut plebejum aut regium adjicias, cujus nisi in latina lingua, tum profecto in nulla alia tam locuples suppellex, usque adeo, ut aptato uno alterum tibi sit in promtu ornamentum, tum quidem non delectamur solum sed et miramur non magni facimus solum sed et veneramur, quodcunque docta artificis manu oculis mentis conspicimus, hoc modo exornatum. Id quod maxime perspicitur in versionibus quæ præstantissime exstant Ciceronis, aliorumque classicorum auctorum, quotus quisque enim est qui perlectas et cum exemplari comparatas

divinis illis operibus antefenat? Non quidem ex eo, quia id quod vertendum sibi prosumserat nostri, aut non universim aut minus apte, explenint, sed quod linguae nostrae deest divinum illud decus et gratia, qua indigne cincta splendet latina id quod sensisse mihi videntur ii qui in solemnibus universitatis conventibus ad cives academicos latino sermone, verba facere consueverant; id quod alma nostrorum studiorum mater Maria Theresia augustissimique successores mihi videntur atque animo agitasse cum in cursu quoque fingendo hanc linguam huic celebritati lege sanciverunt; inciderat namque in eorum animis latii sermonis species quaedam gravitatis ac elegantiae quam cum ad incendendos hujus linguae amore adolescentes expressam etiam in aliorum animis velent, diem hunc celeberrimum, proprium et quasi legitimum ostendandae latinitatis esse debere censuerunt, deesset profecto aliquid perfectae hujus diei celebritati, si quam linguam profitemur qua ab aliis longe diversas artes et disciplinas professis discernimus, qua edita omnis scientiae animique cultus producimur si ea in quam lingua festiva hac die uti tergiversaremur, quid quum nostri innumeri conatus studium assiduum indefessique labores eo detenderunt, ut, quod in eo sermonis genere sit purum quod justum quodve decorum sane nobis re damus perspectum usibusque obviis opportune adhibeamus, cum grati id recordamur professorum nostro resides spectatissimi auditoresque illustres delectati laudarent plures plures satisfecisse adfirmarent; in usque conatuum nostrorum deficiamus, sic in rerum natura constitutum esse videmus, ut quo magistri aut sentire aut agere consueverant, quaque lingua utebantur; id et sentire et agere eamque linguam omni data occasione profiteri discipuli delectentur.

Cum vero nullus nobis datur hujus linguae publicus usus, si praesentem excipiamus; aut illa lumina omnis scientiae artiumque liberalium magistrosque quoque latinitatis nobis esse, aut nos ejus linguae studiosos negare oportebit, quapropter summas quas possumus accipite grates Spectatissimi Praesules Honorandique

Magistri quod pro diverso tempore rerumque statu quaecunque ad utilitatem gloriamque nostram augendam conferre possunt, indefessa cura exquirere in dies conamini, hoc sit autem supremus ille humanarum rerum arbiter, ut non solum vestrorum laborum fructus quam latissime pateat vobis, cum animis nostris insit fervens studium, ut quodcunque bonum percipitur mente percipiamus, ad amussim impleamus, sed etiam ut diu tissimi rebus nostris intersis ac prosis Director Gymnasii Dignissime, qui quemadmodum res circuli nostri maxima utilitate gloriaque hodie administras ita quoque summa ultoris ope ut apud nos majora in dies incrementa capiant studia et uberrimus ex institutione scholastica redundet fructus in rempublicam, cui Licerone teste nullum aut majus aut melius adferri munus potest, quam si doceatur erudiaturque juventus.

KSIĄŻNICA
CIESZYŃSKA

ksiaznica@kc-cieszyn.pl